



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

De Constitutionibus, & Consuetudinibus Ecclesiasticis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

Sæcul. XVI. cetera, quæ circa Eucharistiae Sacramentum
 A.C. 1528. **C**orinthiis sese dispositurum, cum venisset,
 ultro spoponderat, quorum plurima licet a
 Christo forte non sint instituta, id tamen ra-
 tum est, quod dictante Spiritu sancto Apo-
 stoli tradiderint, veluti quod ipse Christus
 tradidit, & in sui commemorationem fieri
 præcepit. Oportet igitur nos auctoritati Pa-
 trum, consuetudinique Majorum per tantam
 annorum seriem protelatae, etiam non perce-
 pta ratione credere, eamque ut antiquitus
 tradita est, iugi observantia ac reverentia
 custodire. Quam si quis eo prætextu perti-
 nacius rejiciat, quod non legatur in Scriptu-
 ris sacris, ut *Hæreticus*, & *Schismaticus*
 habeatur.

De Constitutionibus, & consuetu- dinibus Ecclesiasticis.

Sextum Decretum loquitur de Consti-
 tutionibus, & consuetudinibus Ec-
 clesiæ, quas cum debita submissione re-
 cipi vult, eoquod a summis Pontificibus,
 & sacrosandis Conciliis statutæ sint, quæ,
 qui spernit, Christum spernit; atque ideo
 D. Paulus hominem contentiosum, qui legem
 illam de velandis mulieribus non probavit,
 quod ea forte non inniteretur Scripturæ,
Ecclesiastica consuetudine refellendum censuit.
I. Cor. c. II. Si quis autem, inquit Apostolus, vide-
 u. 16. tur contentiosus esse, nos tales confue-
 tudi-

tudinem non habemus, neque Ecclesia Sæcul. XVI.
Dei. Oportet itaque Præpositis obedire, A.C. 1528
qui pervagilant quasi rationem pro animabus
nostris reddituri, & si quid instituerint,
quamvis hujus rei certum de Scripturis non
proferatur exemplum, earumdem tamen Scri-
pturarum etiam hac in re a nobis tenetur ve-
ritas, cum hoc facimus, quod universæ pla-
cet Ecclesiæ, quam ipsa Scripturarum com-
mendat auctoritas.

De jejunio, & abstinentia.

Septimo Decreto anathemate percel-
luntur illi, qui quadragesimale jeju-
nium, aliasque abstinentias ab Ecclesia
præscriptas non observant, cum nihil
aptius retundendæ carnis petulantiae potue-
rit institui, eoque id genus dæmoniorum,
(ut ad Spiritum dictum Christi referamur)
jejunio tamen & oratione pellatur. Si quis
igitur Aerianorum errorem mille abhinc an-
nis damnatum, & a Joviniano, Vigilantio,
Waldensibus, Wiclefistis, Hussitis, ac no-
vissimis istis diebus a Luthero, & sequacibus
fuscitatum secutus quadragesimale jejunium,
& cetera Ecclesiastica jejunia, vel præscri-
ptas a Patribus abstinentias non observave-
rit, sacrorum Conciliorum auctoritate ana-
thema sit.

De